



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.10. Græci Constantinopolim recuperant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

de morbo correptus ad extrema cum ve- Sæcul. XIII.
 nisset, erat, qui quæreret, an non veste A. C. 1261.
 monastica vellet indui. At ne mentio-
 nem quidem rei tulit, ut Patriarcha mo-
 ri cupiens. Cadaver Ephesum delatum
 in templo metropolitano sepultum fuit.
 Erat vir severus ac intrepidus præfertim
 contra Principes, a puero virtutis cul-
 tor. Sed populus eum judicabat intru-
 sum, non tam, quod Epheso Constanti-
 nopolim esset translatus, quam quod vi-
 vente Patriarcha legitimo transiisset. Ul-
 timam dignitatem unico anno tenuit.

*Gregor. l. 4.
c. 1. G. A.
crop. n. 84.*

§. X.

Græci Constantinopolim recuperant.

Imperator Michael Cæsarem Alexium *Du Cange*
 Strategopulum cum quibusdam copiis *hist. C. Pl. 5.*
 contra Michaelem Epiri Despotam misit; *n. 22. Pa-*
 & quia Alexius prope Constantinopolim *chym. l. 2.*
 iter faciendum erat, eum minas urbi ad- *c. 26.*
 movere, Latinisque periculi metum in- *Greg. l. 4.*
 ferre aliquem, nihil tamen moliri jussit. *c. 2. Acro.*
pol. n. 85.
 Alexius cum Ducibus certorum homi-
 num voluntariam militiam, ut Francos
 pariter ac Græcos expilarent, obeuntium
 collocutus ex illis comperit, Francos in
 urbe rerum omnium penuria pressos nu-
 perrime modicam, quam haberent, ma-
 num misisse oppugnatum Daphnusiam ad
 Pontum Euxinum in Thracia sitam, mil-

le

Sæcul. XIII. le stadiis seu quinquaginta leucis, quas
A.C. 1261. vocant, Constantinopoli distantem. Vo-

luntarii, qui erant Græci, Cæsari Ale-
xio monstrantes, urbem hoc in statu fa-
cile capi posse, suas copias in eam im-
mittendas & operam suam offerebant,
navabantque tam egregiam, ut urbe no-

Pach. c. 27. stu potiretur 25. Jul. anno mundi 6769,

Monach. Christi 1261. Imperator Balduinus in
lembo aufugere coactus insulam Eubœ-
am primum, deinde Italiam petiit. Ju-

Pad. p. 615. stinianus Patriarcha Latinus itidem sibi

Sup. lib. 76. fuga consuluit. Ita Franci Constantino-

§. 2. polim amisere quinquaginta septem annis
possessam. Imperator Michael Palæolo-

Acrop. n. 38. gus accepto in Asia nuncio tam inopina-

Pach. c. 31. to, mox in Europam profectus Constan-

tinopolim venit. Quam 14. Augusti pe-

dibus ac sine insignibus imperatoriis in-

trans, Virginis, quam Ducem voca-

bant, imaginem a S. Luca, ut ajebant,

pictam sibi præferri voluit, ac monaste-

rio Studiano reliquit Tum consenso

equo ad S. Sophiæ templum delatus ibi

Deo gratias egit. Inde se contulit in

grande palatium, ubi sedem suam collo-

cavit.

§. XI.